Quassia

amara Quassia floribus hermaphroditis, [racemosis] foliis impari-pinnatis: foliolis oppositis sessilibus, petiolo articulato alato Lin. S.V. pag 401.

In Surinamo legit D. v. Rohr ♄

Rami teretes, glabri, fuscescentes, punctis linearibus albis adspersi.

Folia petiolata, alterna, pedalia, pinnata cum impari, bijuga. Foliola opposita, subsessilia, lanceolato-elliptica, 4–7 pollicaria, inferiora minora, basi parum attenuata, apice acuminata, obtusa, integerrima, membranacea, glabra, venosa, subtus palllidiora venis purpurascentibus.

Petioli alati, biarticulati, ~~infer~~ articulis cuneatis, infimo longiore

Racemi axillares et ex apice, solitarii vel gemini, simplices, interdum basi ramosi [unguiculatori]. Pedunculi compressi, fusco-purpurascentes, glabri; pedicelli alterni, distantes, solitarii, uniflori

No. 50 Dr v. Rohr

Simaruba Quaſſia foliis abrupte pinnatis: foliolis alternis ſubpetiolatis, petio-
lo nudo, floribus paniculatis dioicis.

Quaſſia ſimaruba: floribus monoicis, foliis abrupte pinnatis: foliolis alter-
nis ſubpetiolatis, petiolo nudo, floribus paniculatis Lin. S. V. pag.
401

Habitat in Montſerrat Dr Ryan ♄.

Rami teretes, glabri, craſſitie digiti minimi.

Folia verſus apices ramorum, alterna, bipedalia, pinnata cum impari,
circiter 9 juga. Foliola petiolata, alterna, unicum terminale, bi-
ſ. tripollicaria, interiora minora, oblonga, parum acuminata, ob-
tuſa, baſi acuta, coriacea, integerrima, utrinque glabra, laevia,
ſupra nitida, nervoſa: ſecundum nervos lineata ſubtiliſſime, ſubtus
venoſa.

Petiolus teres.

Panicula terminalis, ſeſquipedalis, erecta, patens. Pedunculus pur-
pureaſcens, inferne teres, ſuperne uti pedunculi partiales compreſ-
ſi: pedunculi partiales diſtantes: pedicelli ultimi breves, ſubum-
bellati. Folium petiolatum, ſimplex, vix unguiculare, oblongum
obtuſum, ſub ſingulo pedunculo partiali

♂ Calyx quinquefidus: laciniis ovatis, acutis

Corolla: petala quinque ovata

Stamina decem, longitudine corollæ

Pistillum germen hemisphæricum, villosum. Stylus et Stigma nullum

♀ Calyx et Corolla ut in mare

Stamina nulla

Pistillum germen ovatum, quinquangulatum, receptaculo insidens. Stylus brevissimus. Stigmata quinque.

Pericarpium Drupæ quinque oblongæ, magnitudine fabæ, uniloculares

(Flores masculi in eadem panicula nunquam vidit Dr Ryan in planta, nec ego in speciminibus siccis: vini asservatis vidi. Simarubam et Amaram Aubleti a quassia Simaruba specie non differre asserit Dr Ryan quod quoque descriptiones ipsius Aubl. confirmare videtur

a Flos masculus magnitudine naturali b) absque petalis c) stamen. d) germen maris absque pistillo e) flos foemineus auctus f) Pistillum g) nectarium h) fructus i) transversim sectus k) nux l) nux transversim sectus m) cotyledones